

sed & reginam in custodia continuit, folis Gallis cuncta de-
 A ferens. Italicos homines usque ad fastidium reiiciens atque con-
 temens. Hac indignitate permotus Julius Cæsar Capuanus,
 cuius perfidia præcipue sfortia in carcerem erat coniectus, Re-
 ginam adit, communis omnium miseriam desolat. quibus se pre-
 buisse inquit fatetur: sed accepta fide serio promittit consola-
 tionem se sua manu pseudo-regem, ut reginam simul, & patriam
 à barbarorum tyrannide liberet. Regina fides lachrymis, &
 præbita dextra, ad se triduo reverti iussit, ut cuncta interim
 aptius instruerentur. Non oblita autem illo potissimum aucto-
 re, & necatum Pandulphum Alopum amatorem, cuius memo-
 riam occultis stictibus assidue percolebat, & sfortiam turo-
 rem regi tormentis excruciatum, seque adeo regio fastigio de-
 jectam, in custodia barbaris traditam: detulit cuncta ordine
 ad maritum, ut incorrupti amoris fidem animo eius inferret.
 Jacobus compositis infidiis in Regina cubiculo Julium Cæsa-
 rem eadem de patrandæ cæde promittentem conopeo testus au-
 dit. Profluentibus igitur armatis, exemplo Cæsar est com-
 prehensus, & in foro securi percussus. *Fovius in vita Magni
 Sfortia.*

PERSUASIONE.

B JOSEPHUS Galilææ præfectus, vir fortiss. escifa Jotapata, in
 spelunca quadam cum xl. viris latens, sorte ducta mutus vulne-
 ribus contentis reliquis, ipse divinitus cum socio servatus est.

¶ Vide Tit. Capti ab hostibus, ex Josephi lib. 3.
 cap. 14. belli Judæici.

ADULATIONE.

ULYSSES, destruda jam Troja, cum domum navigaret, ven-
 torum procellis à vera via in Siciliam abjectus fuit: ubi Poly-
 phemus, & cæteri Cyclopes, homines feri, & immanes, nec
 Deum, nec homines curantes, vivebant. Inveniens autem ibi
 servientes, ut captivos, cum Saryros Bacchi olim Ministros,
 tum quoque senem Silenum Bacchi alumnus, & pedagogum,
 vino dato, agnos, lac, & caseos contra in cibum, absente Poly-
 phemo tunc in leonum venatione, à Sileno accipit. Quæ cum
 essentur jam, superveniens de improvviso Polyphemus, cau-
 sam quare ex antro, quæ sua sunt, essentur percontari incipit.
 Ei Silenus perterritus, cum quod responderet subito non ha-
 beret: metuens dominum crudelem, & tyrannicum, Ulysses
 ut pradonem inculat. Ergo cum Polyphemus, hospitem om-
 C nium mactator, dictis Sileni facile acquiesceret, Ulyssis necem
 simul, & sociis minatur. Deinde cum interfectis duobus
 Ulyssis sociis, prandium jam inde præparasset, Ulysses qui
 dicitur, id est, nullum nominabat, cum ei de vino Maroneo
 mulcum bibere dedisset, & jam in somnum gravatus vino con-
 versus esset, trunco oleagineo præstolo oculum, quem unicum
 in medio frontis habebat, effodit: & sic cædem sociorum ul-
 tus, unâ cum Sileno, & Saryris, & superstitibus adhuc sociis,
 illudens & insultans cæco Polyphemo, salvus, & incolumis au-
 fugit. *Euripides in Cyclope.*

Domitius Afer, mortis periculo proximus, mirabiliter evasit.
 Nam cum Cæsar Caligula in curia longam contra eum oratio-
 nem recitaret (omnes enim oratores se vincere putabat, & Do-
 mitium virum eloquentiss. superare conabatur) neque quicquam
 contra dixit, neque se defendit, sed eloquentiam hominis
 se mitari, eaque obstupescere simulans, orabat, & suppli-
 cabat, seque oratorem magis timere, quam Cæsarem, profitebatur.
 Quibus rebus Caligula delectatus, & Domitium à se dicen-
 D di vi superatum credens, irasci desinit. *Zonaras.*

DEFENSIONE.

Cum in fenatu Caclianarios C. Jul. Cæsar defendisset contra
 Catonem: ei curia exenti multi ex juventute, qui tunc Cice-
 ronem consulem stipabant, concursu facto intentabant stridos
 gladios. Vt cum Curio ibi dicitur toga sua eum texisse, & cri-
 puisse: atque ipse Cicero, intentibus eum juvenibus, cedem
 vel populi metu, vel quod profusus iniquam, & violentam arbi-
 traretur, abnuisse. *Plut. in Cæsare.*

ASPECTU TORVO.

C. MARIUS, cum ex civili pugna prima solus fugeret, Min-
 turnas Campaniæ oppidum pervenit. Minturnenses eum, ut
 gratum Syllæ victori facerent, immisso percussore tollere de-
 creverant. Cùmque is aspectu, & increpatione Marii fugisset,
 in religionem oppidanis venit, tanquam in numinum prote-
 ctione Marius esset. Ita eum ad proximum oppido lucum pro-
 duxerant, qui Maricæ Dææ (sive Circe illa, sive Venus, sive

Fauni uxor fuit) sacer erat, ut inde, quod liberet, abiret. *Plat.
 in vita Marii. Vellejus paludem Maricæ dicit. L. Vives in lib. 2.
 August. de Civit. Dei capite 23.*

HABITU SIMULATO.

DOMITIANUS Imp. sub bello Vitelliano confugit in Capito-
 lium, cum patre Sabino, ac parte præsentium copiarum. Sed
 irumpentibus adversariis, & ardente templo, apud aditum
 clam pernoctavit: ac manè liliaci velatus habitu, interque la-
 crificulos vanæ superstitionis, cum se trans Tiberim ad condif-
 cipuli sui vestrum comite uno contulisset, ita latuit, ut scrutan-
 ribus, qui vestigia subsæcanti erant, deprehendi non poterit.
Suetonius.

FUNERE SIMULATO.

ÆSON cum Peliam patruum Thessaliæ regnum totum sibi
 vindicare vidisset, metuens filio Jasoni, eum sub foneris specie
 à mulierculis tanquam mortuum effecti, & Chironi Centauro
 educandum tradi curavit per xx. annos. *Pindarus ode 4. Pu-
 btorum.*

MORTIS ACCELERATÆ.

VITE AMISSE MODUS.

¶ Vide Miracula Hæreticorum.

* Vitis. Vinea.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VITIS æquinos Græcè, frutex est ferens vinum, unde &
 nomen accepit, quoniam Varro l. 1. c. 2. dicitam vitem vel-
 lit, quod ad uvas percipiendas invitet. Accipitur autem præter-
 tum in numero plurali, non pro unico frutice, sed pro loco con-
 sito pluribus plantis viniferis, quem vineam communiter dici-
 mus, & vinea. Transferunt autem hæc vox etiam ad signifi-
 candam Ecclesiam: & ita à Christo usurpatur *Matth. 20.* in pa-
 parabola operariorum ad vineam missorum.

Ubi *Sanctus Gregorius*, per patrem familias Deum intelligit:
 Qui habet, inquit, vineam, universalem scilicet Ecclesiam, quæ
 ab Abel iusto usque ad ultimum electum, qui in fine mundi na-
 sciturus est, quot sanctos protulit, tot quasi palmites emittit. *hom.
 19. post prim. in Evangelia, & frequenter apud Prophetas usur-
 patur hæc vox pro Judæorum Synagoga, ac fidelium cœtu.*

Loca Vitifera. ¶ Quare Loca vitifera considerata.
 Quam autem fecunda fuerit terra Chanaan in producendis
 uvis, ex eo constare poterit, quod exploratores missi à Moyse
 unicam uvam cum palmitè abiecitam in veste portaverunt. *Num.
 cap. 12.* quod indicium erat terram illam esse fertilissimam, &
 maximam vitiferam. *Sic Plinius lib. 14.* ait, in Asia interiori nasci
 uvas magnitudine uberis vaccini, ollæ, immo pueri in fantis.

Amplius narrant *Euphorus*, in *Metropolitanis* apud *Stepha-
 num lib. de urbibus*, scilicet in Eucarpia minori Asia oppido
 tam immanes nasci racemos, ut singuli iusta sint singulis curri-
 bus pondera, ita ut unus tantum racemi vectura quandoque
 curru contractus conciderit, atque inde urbem Eucarpiam, id
 est, sterilem esse dictam; ideoque veteres dicitur, urbem hanc
 à Jove datam fuisse Cereri, & Baccho ad inhabitandum, sed pu-
 trimdem incidisse, & evanuisse. Ecquid mirum? Nota est Gre-
 corum fides, Græcosque græcari, & fabulari solitos scimus. Un-
 de Græciam mendacem multa audere in historia, scribit *Juven-
 nalis*. Credibilis *Sirabo lib. 2.* botros uvarum commemorat,
 qui singuli bipedali viti longitudine.

Item lib. 11. & lib. 15. tradit in Mauritania, & Carmania bo-
 tros nasci, qui ad duos cubitos in longum extendantur.

VITIUM CULTURA.

¶ Pete ex Loco de Vitis, ubi de illius Inventione,
 Cultura, &c.

Advertit Ulpianus, inter leges Romuli five xtr. Tabul. etiam
 cultura vinearum provium fuisse lege xii. quando per eam ve-
 tatur, ne tignum junctum ædibus, vineis que solveret, ne
 scilicet per hoc aut ædificia eo prætextu diruantur, aut vinearum
 cultura turbaretur. Scribit *Ammian. Marcellinus lib. 14.* tem-
 pore Constantini Imp. maximas fuisse seditiones propter ino-
 piam vini.

¶ Vide infra Cura.

ODIUM.

Fuere etiam Principes Romani, qui vineis eruentis inten-
 dent.

derent, quorum quidam vinea succidi iussit, alius ne quis
 A novellaret mandavit. Referret *F. Balduin. comment. in leg. xlii.
 Tab. leg. xlii.*

A M O R.

ACHAB Rex summo desiderio ferebatur in vineam Naboth
 Jezrahelitz, quam habebat in Jezrahel juxta Palatium Regis;
 sic, ut illi offerret meliorem, aut pretium argenti, quanto æsti-
 manda erat. Cui petitioni Naboth non acquievit, quod eam
 vineam hereditate accepisset à parentibus. Unde indignatus
 Achab, consilio Jezabelis uxoris, qui virum suum tanto il-
 lius amore detineret, votoque frustrati non subsinebat; ipsum
 Naboth cum læsa majestatis ream, ementitis falsorum tes-
 tium depositionibus obrui lapidibus iussit, & ita vinea viri
 innocens nesciat, non diu tamen, potius fuit. *Libro 3. Reg.
 capite 21.*

C U R A.

In Exodo Deus præcepit, si quis vineam proximi læserit di-
 B mittendo jumentum suum, ita ut depascatur aliena, quod opti-
 ma, quæ in vinea sua habebit, restituet. *cap. 22.*

Rursus ingressus vineam, inquit, quod de spicis etiam intel-
 lexit Abulen. proximi tui, comedere uvas quantum tibi placuerit:
 foras autem ne efferas tecum, quod passim hodie observatur in
 Regionibus viniferis. *Deut. c. 23.*

Denique mandat, ne feras vineam tuam altero femine. *Ibidem
 cap. 22.* Solent enim inter ordines vitium feminati grana. Vult
 ergo ne diversæ speciei grana inter eas fermentent. Causam dat,
 ne uvæ aut, & legetes pariter sanctificentur, id est, polluantur,
 quia ex vitia hac fatioe mixtura à Deo veteritorum immunde
 censebatur, & velut pollueret vicinas uvas, quas contingunt, &
 ambiunt. Ita *Cornelius à Lapide in illum locum.*

* M Y S T E R I A.

ET PORTENTA.

Vitium cultura non ad usum duntaxat, sed & ad my-
 sterium nonnumquam usurpata. Diximus in loco de Vitis, pri-
 mum, qui vineam plantavit, id est, excoluit, & in vinea di-
 strubuisse, ac vinum ex uvis expressisse legitur, fuisse Noe sta-
 tum post Diluvium: quoniam quidem vitem ab illo plantatam,
 figuram præfigitæ se crucis Christi, Patres docent. S. Cy-
 prianus hæc de eo notatu digna literis commendavit: Inveni-
 mus, inquit, & in Genesi cruce Sacramentum Noe hoc idem
 præcurrit, & figuram Dominicæ Passionis illis extitisse;
 quod vinum bibit, quod inebriatus est, quod fuit recumbens
 nudus, & patibitus formosibus, quod nuditas illa patris
 modo filio denotata est, & foras nunciata; à duobus vero,
 majore, & minore, coniecta; & cætera; à quæ necesse non
 est exequi; cum satis sit hoc solum complecti, quod Noe ty-
 pum futuræ veritatis ostendens, non aquam, sed vinum bi-
 berit, & sic imaginem Dominicæ passionis expresserit. Hæc
 ille. Verimortum hoc mysterium fulius, atque apertius *San-
 ctus Hieronymus* postea his verbis explicavit: Post diluvium
 mundi istius, inquit, bibit Noe, & inebriatus est in domo
 sua, & denudata sunt femora ejus, & ejus apparuit turpido.
 Et venit frater major, & irrisit à fratre autem minor texit. Hoc
 totum dicitur de Salvatore, quoniam dicebat in cruce Passio-
 nis: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Bibit,
 & inebriatus est, & denudata sunt femora ejus, & apparuit
 ignominia crucis. Venit frater major, populus Judæorum, &
 irrisit, & minor populus de gentibus texit ignominiam, & c.
Epist. 63. de Sacram. Dom. Calicis, ad Cælium Vener. quoque
Beda in questionibus super Genesim, hujus vitis, & ebrietatis
 Noe mysteria sustulit, & magis appositè quam reliqui, cruci, &
 Passioni Dominicæ applicans, inquit. Jam verò id, quod post
 diluvium de vinea, quam plantavit Noe, inebriatus est, & nuda-
 tus est in domo sua, cum non appareret Christi esse figuram? Qui
 inebriatus est, dum passus est nudatus est, dum crucifixus est
 in domo, id est, in Gente sua, & in domesticis sanguinis sui,
 utpote Judæis, &c.

Prepositus pincernarum Pharaonis Egypti, traditus cucto-
 dia, in qua erat Joseph, viderat somnium, quod ita describitur:
Genes. cap. 40. Videbamus, inquiebat, coram me vitem,
 in qua erant tres propagines, creverunt paulatim in gemmas, &
 post flores uvas maturecere, calicemque Pharaonis in manu
 mea: tuli ergo uvas, & expressi in calicem, quem tenebam,
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

& tradidi poculum Pharaoni. Respondit Joseph, hæc est in-
 terpretatio somnii. Tres propagines, tres adhuc dies hujus lo-
 ci, quos recordabitur Pharaon ministerii tui, & restituet te in gra-
 dum pristinum, dabique ei calicem iuxta officia tuam, sicut
 ante facere consueveras.

Etiã sub Metaphora vineæ Synagoga, & Ecclesiam non
 semel Scriptura expressit, nominatim *Psalm. 79. Isaie capite 5.
 Matth. 20. & 21.* & diximus de hac re nonnulla initio hujus lo-
 ci. Estque in supradicta loca communis interpretatio, ut per
 vineam intelligatur Ecclesia, vel Synagoga, quam queritur per
 Isaiam Deus, quod quamvis fuerit rite excolta, dederit labrus-
 cas pro uvis. Verba Prophetæ sunt: Vine facta est dilectio mea
 in cornu filio olei, & sepavit eam, & lapides elegit ex illa, &
 plantavit eam electam, & edificavit turrim in medio ejus, &
 torcular extruxit in ea. Allegorice vinea, id est, Ecclesia facta
 est Christo in cornu filio olei, id est, in hereditate, & reg-
 num potens, & fertile æquæ, ac misericos, utriusque enim
 symbolum est oleum. Christus enim, qui nobis viti filius olei,
 id est, summè misericors, voluit & Ecclesiam esse filium, vel
 potius filiam olei, ut scilicet regimen Ecclesiæ esset benignum,
 clemens, & gratiosum; cum Synagoga regnum fuisse minax,
 & terribile, sepes, torcular, turris, elapidatio, &c. signifi-
 ficant in genere, Deum Ecclesiam per omnia excoluisse, equi-
 F de omnibus necessariis providisse. Particulatim tamen, & dis-
 tinctè sepes. Primò, fuit murus Hierosolymæ, ait S. Hieron.
 Secundò, & aptius, sepes fuit lex, & præcepta, qua quasi spes
 data sunt populo, ut eum munirent, & in officio, ac pietate
 continerent, ita *Autor imperfecti, Theop. & Euthym. in
 Matth. 21. & Irenæus lib. 4. cap. 70.* rursum, Tertiò, sepes fuit
 custodia Dei, & Angelorum, inquit, *S. Ambros. Hier. & Ori-
 gen. hom. 19. in Joan.* qui sic ait: Custodia Dei fuit sepes vineæ,
 turris templum, torcular locus libationum. Hoc est quod
Zachar. c. 2. ait: Absque muro habitabit Hierusalem, id est,
 Synagoga, & Ecclesia, nam ego ero, ait Dominus, murus ignis
 in circuitu. Quartò, H. Pintus per sepe accepit viros sanctos,
 qui populo pro muro sunt apud Deum, quibus ablati concul-
 catur populus; ut exente Loth, Sodoma conflagravit; & He-
 breis excentibus; Ægyptus perit.

Torcular autem, est altare, quo victimarum sanguis expri-
 mebatur, inquit *Origenes B. Hieronym. Beda, Euthym. Theop.
 phyl. in Matth. 21.* Mysticè torcular est crux Christi, cuius pro-
 lio permittunt martyres, virgines, omnesque Christi sequaces,
 indeque vinum gaudii exprimitur. Lapidus, quos ablutit ex vi-
 nea, sunt idola, peccata, omniaque diviti cultus: ac religio-
 nis impedimenta.

Turtis, Primò accipi potest regia divinitas; Secundò, sacra
 Scriptura, ait H. Pintus: ad eam enim quasi ad turrim, & ap-
 cem in nostris tentationibus, & periculis confugere debemus,
 & sicut ex turri prospiciunt procul distantia, ita ex lege, &
 Prophetis prospiciebat Christum post tot sæcula venturum.
 Tertiò, per turres aptius accipias doctores, & pastores, specu-
 latoresque populi, aut templum Hierosolymitanum, Deique
 cultum, & religionem; uti explicant *C. Bald. in capite 5. Isaie
 Origenes, S. Hieronym. Beda, Euthym. Theop. supra.* Ex tem-
 plo enim, quasi turri, & arce Deus, auxilio erat, & profugio la-
 boranti populo.

Et quamvis in sacris literis vinea pro cœtu fidelium plerum-
 que accipiat, nonnumquam tamen etiam usurpatur pro con-
 ventu impiorum, & Ethnicorum. Sic legitur *Deut. cap. 32.*
 De vinea Sodomorum, vinea eorum, uva eorum, uva fellis, &c.
 loquitur autem de idolorum cultoribus.

CHRISTUS ipse se viti comparat, dicens: Ego sum vitis, vos H
 palmites: & eandem Metaphoram prosequitur multis ut offen-
 dat, quam apta similitudine sit usus. *Joan. c. 15.* præmiserat au-
 tem, Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, quod Chris-
 tum dicere, inquit, *S. August. 80. in Joan.* secundum quod est
 caput Ecclesiæ, nosque membra ejus, unius quippe nature sunt
 vitis, & palmites. Propter quod cum esset Deus, cuius natura
 non sumus, factus est homo, ut in illo esset vitis humana natu-
 ra, cuius & nos homines palmites esse possemus, & infra ad dens
 ait, vera ab illa diceretur, cui dicitur, quomodo conversa es in
 amaritudinem vitis aliena?

Memorabile est, quod de Juliano Apostata scribit *Sozome-
 nus lib. 5. c. 1.* quomodo inter alia prodigia, quibus eum Deus
 ab improbitate retrahere volebat, eum in Illyricum cum exer-
 citu venisset, circa Novembris initium, transacta jam vinde-
 mia, vites novis uvarum acerbarum botris immaturis onustas
 conspexerit: deinde levi quodam imbre decidente, singulas
 guttas signum crucis tam in ipsius, quam comitum vestimen-
 tis impressisse.

Quam quidem historiam Sozomenus l. 5. c. 1. precipue profecutus est, iudicium quoque prodens, quod circa prodigii illius significationem a plerisque tum factum est; asserens Julianum ipsum, eoque, qui illum comitabantur, dixisse, uvas haud maturas intemptevis apparentes, aliquid boni portendere; signum autem crucis, quod qualibet roris gutta in vestibus ipsius, ac militum suorum effinxerat, casu, ac fortuito accidisse. Ceteros vero, qui ab ipso Imperatore religione, & doctrina diserepabant, censuisse, ostentorum alterum significare, Imperatorem immaturo aetate tempore non fecus, ac immaturas uvas periturum, & imperium eius ad exiguum tempus duraturum; alterum vero indicare, religionem Christianam caelestem esse, & omnes crucis figura signari oportere. Neque certe, inquit Sozomenus, ut videtur, a veritate aberrare; nam temporis progressio, utrumque verè dictum fuisse demonstravit. Hanc autem ipsam historiam pariter Nicephorus lib. 10. c. 2. Sozomenum secutus, ad posterorum memoriam literis commendavit.

Vitrum.

Ubi vide Loca Mineralium, in Argumento de Loco. Illius divinatione. Ex loco de Divinatione. Vitrarum. Quere Mechanici opifices secundum materiam operis considerati S. Vitrarum.

Vituperium.

Nonnulla in Loco de Reprehensione. Calamnia, &c.

Vivarium.

Vide Locum de Prodigalitate. Item Sumptus facti. Item ex Loco de Mechanica. Tit. Mechan. opera circa animalium & Locorum eorundem curam.

Ulcera.

Quere Locum de Affectibus Corporis.

Ultio.

Vide Vindicta.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

ULTIO idem est, quod vindicta, unde & ad eundem locum pertinet. Atque definitur red ditio mali poenalis pro culpa: vel propulatio injuriae, aut violentiae, quomodo etiam defensionem, & punitionem sub se complectitur. Multa de vindicta à nobis tradita sunt loco particulari, quae ad praesentem non ineptè reduci possunt.

Consule etiam Loca de Severitate, & Crudelitate, & Injustitia in puniendo.

ULTIO ASTUTA.

RATIONE HABITA OFFENSÆ, quam ulciscitur. Puta.

Cædis.

Cum Alboinus Longobardorum rex Veronæ in convivio exhiberetur uxori porrexisset poculum è Cunnimundi foceri capite fabricatum, ut cum patre biberet: Rosimunda dolore correpta, Peredem vitrum fortissimum multis pollicitationibus in viri cædem allicere nititur. Quod cum affectu non posset, artibus eum circumvenit. Peredem vestimenta regina noctu adire solebat Regina se in lecto Peredeo supponit. Mox ubi se patefecit: Peredeo (inquit) aut te Alboinum interficere, aut ab eo te interficere opus est, regalem quando thorum incestasti: mi parvus, paternamque mortem ultus fueris, te adulterii postulatam, dira morte scito moriturum. Ille timore percussus, se regem interficendum pollicetur, cumque meridianam ope Elmichi conjunctionis auctoris adortus obtruncavit. Bonfin. l. 8. Dec. 1.

Livorum regis filius Bico Jarmericum Danorum regem, à quo olim fratribus spoliatus fuerat, accessit, & ab eo benigne habitus, arcanorum omnium arbiter evasit. Hunc ut suis per omnia monitis parere sentit, ad scelera, flagitiaque committenda compulsi, precipue adversum sanguine junctos. Eiusdem suafu rex Scavorum rebellantium duces, trajectis fune tibiis, equis in diversa raptantibus præbuit lacerandos. Alio item

tempore optimates eorum primo tibiis loristrajectos, & tauro-rum cruribus alligatos, molossis incensentibus raptum in cœ- E num, voragineque pertractos absumpsit, Broderum regis filium falso crimine incestus cum noverca insinulatum, suspendio necandum curavit. Suavidam novercam calcibus equorum protivit: mox Hellepontios fratres ad Suavidæ fororis vocem indignam ulciscendam impulit, à quibus Jarmericus in arce munitissima obfessus, ea tandem occupata, artibus detrunctus perit. Saxo lib. 8.

PROVINI Ducis Slevicensis ab Atislo II. Svecorum rege casti filii duo Keto, & Vigo, in Sveciam profecti, profugarum specie, inter milites admittuntur, & à Rege interrogantur, an meminissent pugne superioris anni, quando duo congressi de vita certassent? Meminisse fatentur, ducentem suum tum prostratum ab illo, qui rex gentis ferabatur. Hæc, inquit, dextera protivit vitrum aliqui fortissimum. Quærit deinde, Filiosne superstites haberet dux ille? Reliquisse ajunt geminos, proceritate corporum ferè pares sibi. Et-ne illis, inquit, paternæ necis alius dolor? Tum Keto, Quid prodest multa in ventum verba fundere, ubi nullus est exigendæ ultionis locus? Confueverat rex sine comitatu exire, apicandi gratia. Fratres illi velut comitatu sequuntur: ac jam solum nacti verbis his aggrediuntur: Nuper sollicitè perquisisti de nece Provinii, jactabundusque dexteram extulisti: Ecce astutus in conspectu tuo gemini fratres, ut vindices in te paternæ necis scelus, aut occubamus. Interitus rex: Parcite, inquit, adolescentes sanguini vestro, vita dignos judico, quos dolor in vindictam paternæ necis armavit. Aeris non contemnendam summam accipite: & proptrii lucrum sanguinis, militia mea in reliquum usuri, accepto ferte. Frustrâ, inquit, Keto, ista pæctas: mortui venimus, aut vindicaturi. Tum ille, Ergo junctis viribus concurrite. Indecorum est his annis, atque viribus, utrique seorsim concurrere. Abist, inquit, dedecus & generis, & patriæ, ut uni duo corcurramus. Si quid tibi vitium est, ait Keto, exere, spectator frater assistat: aut si illum mavis excipere me pugne spondeo spectatorem. Circo designato Keto regem invadit. At ille istus devitans, ludificando magis pugnam extrahit, fratrem quoque ad arma vocans, ut plenis uti viribus posset in hostem. Ubi verò Keto pernicacius regem urget, rex magnò impetu galeam Ketonis decussit, vulnufque capiti infixit. Tum Vigo oblitus promissi, in pugnam ruit violentus, & unâ cum fratre regem occidit. Amputato inde capite illud ad proximam villam perferunt, & Ketonem, atque Vigonem, Germanos fratres, Provinii patris ab Atislo rege casti, mortem ultos esse aperte profitentur. Mox ad regem suum Vermundum regressi præmia magna retulerunt: tum quod patris necem vindicassent, tum quod accerium Danorum hostem sustulissent. Crantzius lib. 1. Suecicæ c. 23.

STUPRI.

SIMEON, & Levi filii Jacob, ut ulciscerentur stuprum à Sichem illatum Dinæ forori, simulant sese illi forem in matrimonium daturus: ea tamen lege, si prius cum patre Hemor principe Sichemitarum, & omnibus civibus circumcideretur. Sichem amore puellæ conditionem accipit. Tertio die post, cum illi in dolore essent, oppidum invadunt, mares omnes trucidant. Reliqui filii Jacob ad cædem superveniunt, & oppidum diripiunt.

REPULSÆ AMATORIÆ.

BELLEROPHONTES propter occisum Bellerum Argos exilio mutans Tirythion pervenit, Prætiq; regis hospitiu est usus. Interim antea regis uxor, adolescentis amore correpta, coepit illius animum ad stuprum sollicitare, & sui copiam obtulit. Ille ubi flagitium recusasset, videlicet hospitii religione permotus, illa prior occupans, versoque in odium amore muliebri. Bellerophontem apud maritum occultè deserit, tanquam ab illo fuisset de stupro interpellata. Quod ubi persuasisset, quoad poterat regis animum in perniciem juvenis instigabat, semper ad aures occinens illud Homericum.

Tidius à Proite h' xeratai Bellerophontu.

Aut motere Prate, aut inter fice Bellerophontem.

PHœDRA Minois, & Pasiphæa filia, Thesei uxor, spreta ab Hippolyto privigno, laqueo de te trabe suspendit, absente peregrè Theseo marito. Is reversus, cum pendente adhuc solveret: invenit tabulam unam suspensam, & obfignatam, in qua Phœdra Hippolyti infidias pudicitie suæ stridens accusabat. Is autem ideò fixerat, ut honestam causam necis habuisse videretur: & ut hoc pacto ulcisceretur Hippolytum, qui amori

Amoripius gratificari noluerat: Vernis quoque, quod priore contra Hippolytum se serpentem conata fuerat, absolvet. Fidem ergo scriptis contra Hippolytum innocentem confictis, cum haberet Theseus, jubet eum quam primum exullem, post multas gravissimas accusationes, patria terra è conspectu suo discedere: cum eum diris, & execrationibus devovisset, ac patrem Neptunum rogasset, ut Hippolytum malè perderet. Ejus preces exaudivit Neptunus, & immisso terrore equis, à quibus in curru vehebatur, cum per loca devia stiper equis, & lacerato ipsius fœdè corpore, miserè perdidit. Euripides in Hippolyto.

CLEOBœA, Phobii Nelidæ Milefiorum Principis uxor, cum multa frustra machinata esset, quibus Antheum regii generis ex Halicarnasso adolescentem, Phobio obfidem datum, ad stuprum alliceret: temporis progressu, amorem in se extinguendum simulans, perdicem circurem [alii vasculum aureum] in profundum puteum dimittens, Antheum rogavit, ut descendens extraheret illam. Mox ingentem super eum dejecit peccatam, atque occidit. Partheni in Erot. c. 14.

DAMPNATIONIS.

THEODORUS Episcopus Casariensis, damnationem in Theodorum Mopsuestenum Episcopum mortuum, atque à Catholicis Concilii Chalcedonensi laudatum, hoc modo molitus est. Subscribente Justiniano contra Acephalos pro Concilio Chalcedonensi, Accidens Casariensis dixit, Postquam Acephalos ad Ecclesiæ communionem adducere, si Theodorum Mopsuestenum, Theodorem Cyrensem, & Ibam Eusebium à Concilio Chalcedonensi receptos damnaret: nam hoc pacto eos sine detractione Chalcedonense Concilium tanquam purgatum approbaret: atque Episcopos, qui tria capita Concilii Chalcedonensis respicerent, omnibus muneribus afficere, qui dissentirent, in exilium egit. Quæ res tantum in Ecclesiam tumultum invexit, ut post aliquot annos generali disquirenda Concilio fuerit. Sigonius l. 19. Imp. occid.

MODI, QUO ULCISCITUR.

CONSILIO MALO.

Reliquis centauris expugnatis ab Hercule, Nessus unus omnium suffugerat. Is pervenit ad flumen Evenum, & in ejus ripa versans, solitus erat ad euntes transmittere. Deinde evenit, ut Hercules in Trachinam ad Ceyceam unâ cum Dejanira proficisceretur. Postquam igitur ipse fluvium transmississet, Nessus mandavit, ut Dejaniram transferret. At is inter transvehendum vim cepit inferre mulieri. Hercules Nessi præcordia jaculo transfodit. Ille sentiens lethale vulnus ad mulierem dixit: Si vis tibi amatorium efficacissimum parere, quo possis Herculem inflammare in amorem tui, & si quando deperibit aliam, in tui cupidinem revocare, facillum meo sanguine perungas. Atque ea persuasa Nessi sanguinem è vulnere fluentem apud se servavit. Itaque postquam Trachinam adisset, ac rursum inde profectus Oechaliam adortus civitatem cepisset: Jolem puellam captivam secum duxit. Immolaturus autem Jovi parenti victimas ob res bene fortunatas, ad Dejaniram mittit, jubens ut sibi vestem aliquam magnificam mitteret. Illa certior facta de Jole raptu, vestem Nessi cruore tinctam, jubentemque mittit, D philtum se mittere rata. Hanc indutus Hercules rem divinam peregit: Cæterum ubi calefacta veste, venenum excitatum corpus graviter adure cepisset, avellere conatus est: revelli jam ita penitus adhaerent, ut non sine carnibus ipsis revelli posset. Ergo in monte Oeta rogam extruxit, eumque confendit. Eras. in Zenodora.

FRIDERICUS II. Imper. Petrum de Vineis Secretarium certis de causis lumine privavit. Deinde poenitentia ductus, ascivit eum in secretis consilium. Cæterum cum Imperator angustia rei pecuniariæ Pisis premeretur, Petrus consuluit, vires Ecclesiæ fuisset opibus contentendas, constanda in usum belli Ecclesiæ ornamenta: inter quæ Zona illa, quæ cingebat templum, memorabilis erat. Placuit consilium Friderico, & Ecclesiæ ipsius exercitum impie paravit. Tum Petrus; Imperator, inquit, injuriam abs te mihi illatam ultus sum: tu tibi hominum odia comparasti, ego tibi Deum ex sacrolegio reddidi inimicum.

COMMISERATIONE.

Cæsar sine in forum delato, laudavit eum de morte M. Antonius, qui cum moveri oratione sua cerneret populum, L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

flectique ad commiserationem, coreptam Cæsaris vestem cruore oppletam explicavit, & ut dilacerata esset vulnere multitudine, ostendit. Ibi alii interficendis homicidis vociferabantur: pars subfessilia, & menas ex officinis corripientes, & coarceverant, grandem pyram succenderunt, impotitumque in rogam cadaver, in medio frequentium locorum factorum, frequentium etiam involutorum, atque intactorum, combusserunt. Ut flamma eluxit, accurrentes alii undè, & titiones arripientes semjustos, ad recta discurrunt interfectorum Cæsaris inflammanda. Verum illi obsepti ante, periculum propulsaerunt. Plut. in Bruto l. 9. Cic.

Cæde.

Vide Tit. Vita aliorum astute insidiari. Adulterio. Stupro.

SEJANO, qui injuriam acceptam à Druso ulcisci cupiebat, cuncta tentanti, promptissimum visum ad uxorem ejus Liviam se convertere, quæ foror Germanici, formæ initio, aetatis indecoræ, mox pulchritudine præcellerat. Hanc ut amore incensus adulterio pellexit: deinceps quoque ad conjugii spem, confortum regni, & mortem mariti impulit. Vidorius lib. 32. Var. Led. c. 15. ex Tacito.

REPREHENSIO, ACCUSATIO,

Calumniæ Astuta.

CUJUS REI. V. G. Verbi insolentis.

Cum Rullus legem agrariam ornaret, utilitatemque ejus exponeret, Urbanam plebem nimium in Rep. posse dixerat, exhauriendamque esse. Id verbum, quamvis rei narranda, vel ante oculos potius ponenda, valde aptum foret, notatum Cicero in concione illi exprobravit, indeque magnam invidiam ipsi conflat: de se enim tanquam de sententia aliqua verba fecisse tribunum iniquo animo ferro debuit populus Romanus: nam quin translatio elegans sit, dubitari non potest. Ipse certè Cicero ita postea locutus est in epistola quadam ad Atticum, cum de eadem rogeret. Vidorius lib. 2. Var. Led. capite 11.

Hereseos.

HILARIUS Pictaviensis Episcopus, cum ad emendationem eorum, qui Ariminensi perfidia subscriperant, librum instructionis plenissimæ conscripsisset: eum librum, corrupto notario, nacti æmuli, multis in locis corrumperunt. Mox cum ad concilium Episcoporum, secundum ea, quæ se in libello ipsius noverant corrupisse, uti hæreticum arguere ceperunt, & ex ipso autographo, sed adulterato, redarguerunt, & hæreseos notam iniecerunt. Ille verò dolo cognito, asseritioribus, satisfactionibus, & omnibus, quæ viventes pro se facere possunt, suam innocentiam tutatus est. Ruffinus in Apologia pro Origine.

Tyrannidis.

SOLES quidam, homo improbitate, & audacia apud Syracusanos clarus, dum Dionysium tyrannum in arce obsidentem parat insidias, primum in concione surgens, multa proba ingessit Syracusanis, qui non intelligeret væcordie se, & violenta explicatos tyrannide, Dionysii vigilantem, & sobrium dominum Dionem accepisse. Inde cum ita se hostem ex professo declarasset Dionem, in præsentem ex foro digressus est. Postridie currens per urbem, conspectus est nudus, capite & facie cruore fœdatis, quasi aliquos perfrugeret confectantes. Tali specie in forum se coniciens, ab externis milicibus Dionem docuit insidias sibi struças, & caput suum saucium ostendit. Multi vicem ejus dolebant, & coarcebantur in Dionem, frementes eum rem indignam, & tyrannicam agere, qui cædibus, & periculis extorqueret civibus liberam vocem. Quamquam autem confusa erat, & turbulenta concio, perrexit eo tamen Dion ad se purgandum, Solumque demonstravit unio Dionysii satellitum esse fratrem, atque per eum impulsam, ut sollicitaret, & concitaret civitatem. Jam cum præter alia indicia accessissent servilius testimonio cum prementes, multa nocte novaculam tenentem egressum solum fuisse. Populus Solum te capitalis damnavit, & Dionem est placatus. Platæb. in Dione.

BONIFACIUS Africae Comes, virtute, & auctoritate florabat, sub Honorio, & Valentiniano III. Aetius ejus gloriæ invidens, ut ipsum aulicæ machinatione subverteret, apud Placidiam Valentiniani matrem accusavit, quod tyrannidem in Africa moliretur, camque ad evocandum illum ex Africa incitavit, contra verò literas ad Bonifacium, tanquam amici fungens